Errors? help@extraordinaryform.org

INTROIT Psalms 67: 6, 7, 36

Deus in loco sancto suo: Deus, qui inhabitáre facit unánimes in domo: ipse dabit vírtútem et fortitúdinem plebi suæ. (Ps. 67: 2) Exsúrgat Deus, et dissipéntur inimíci ejus: et fúgíant, qui odérunt eum, a fácie ejus. Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Deus in loco sancto suo: Deus, qui inhabitáre facit unánimes in domo: ipse dabit vírtútem et fortitúdinem plebi suæ.

COLLECT

Omnípotens sempitérne Deus, qui abundántia pietátis tuæ, et mérita súpplicum excédis et vota: effúnde super nos misericórdiam tuam; ut dimíttas quæ consciéntia métuit, et adjícias quod orátio non præsúmit. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE 1 Corinthians 15: 1-10

Fratres, Notum vobis fácio Evangélium, quod prædicávi vobis, quod et accepístis, in quo et statis, per quod et salvámini: qua ratióne prædicáverim vobis, si tenétis, nisi frustra credidístis. Trádídi enim vobis, in primis, quod et accépi: quóniam Christus mórtuus est pro peccátis nostris secúndum Scriptúras: et quia sepúltus est, et quia resurréxit tértia die secúndum Scriptúras: et quia visus est Cephæ, et post hoc úndecim. Deinde visus est plus quam quingéntís fràtribus símul, ex quibus multi manent usque adhuc, quidam autem dormiérunt. Deínde visus est Jacóbo, déinde Apóstolis ómnibus: novíssime autem ómnium tamquam abortívo, visus est et mihi. Ego enim sum mínimus Apostolórum, qui non sum dignus vocári Apóstolus, quóniam persecútus sum Ecclésiam Dei. Grátia autem Dei sum id quod sum, et grátia ejus in me vácua non fuit.

GRADUAL Psalms 27: 7, 1 In Deo sperávit cor meum, et adjútus

God in His holy place; God who makes men of one mind to dwell in a house: He shall give power and strength to His people. (Ps. 67: 2) Let God arise and let His enemies be scattered: and let them that hate Him flee from before His face. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. God in His holy place; God who makes men of one mind to dwell in a house: He shall give power and strength to His people.

O almighty and everlasting God, who in the abundance of Thy loving kindness art wont to go beyond both the merits and prayers of Thy suppliant people, pour down upon us Thy mercy: that Thou may forgive us those things whereof our conscience is afraid, and grant us what our prayer does not dare to ask. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, I make known unto you the Gospel which I preached to you, which also you have received and wherein you stand, by which also you are saved, if you hold fast after what manner I preached unto you, unless you have believed in vain. For I delivered unto you first of all, which I also received, how that Christ died for our sins according to the Scriptures; and that He was buried, and that He rose again the third day according to the Scriptures; and that He was seen by Cephas, and after that by the eleven. Then He was seen by more than five hundred brethren at once; of whom many remain until this present, but some are fallen asleep. After that He was seen by James, then by all the Apostles. And last of all He was seen also by me, as by one born out of due time. For I am the least of the Apostles, who am not worthy to be called an Apostle, because I persecuted the Church of God. But by the grace of God I am what I am and His grace in me hath not been void.

In God hath my heart confided, and I

sum: et reflóruit caro mea: et ex voluntáte mea confitébor illi. Ad te, Dómine, clamávi: Deus meus, ne síleas, ne discédas a me. Allelúja, allelúja. (Ps. 80: 2, 3) Exsultáte Deo, adjutóri nostro, jubiláte Deo Jacob: súmite psalmum jucúndum cum cíthara. Allelúja.

GOSPEL Mark 7: 31-37

In illo témpore: Exiens Jesus de finíbus Tyri, venit per Sidónem ad mare Galilææ, inter médios fines Decapóleos. Et addúcunt ei surdum et mutum, et deprecabántur eum ut impónat illi manum. Et apprehéndens eum de turba seórsum, misit dígitos suos in aurículas ejus: et éxspuens, tétigit linguam ejus: et suspíciens in cælum, ingémuit, et ait illi: Ephpheta, quod est adaperíre. Et statim apértæ sunt aures ejus, et solútum est vínculum linguæ ejus, et loquebátur recte. Et præcépít illis, ne cui dícerent. Quanto autem eis præcipiébat, tanto magís plus prædicábant: et eo ámplius admirabántur, dicéntes: Bene ómnia fecit: et surdos fecit audíre, et mutos loqui.

OFFERTORY Psalms 29: 2-3

Exaltábo te, Dómine, quoniam suscepísti me, nec delectásti inimícos meos super me: Dómine, clamávi ad te, et sanásti me.

SECRET

Réspice, Dómine, quæsumus nostram propítius servitútem: ut quod offérimus, sit tibi munus accéptum, et sit nostræ fragilitátis subsídium. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Proverbs 3: 9, 10

Honóra Dóminum de tua substántia, et de primítiis frugum tuárum: et implebúntur hórrea tua saturitáte, et vino torculária redundábunt.

POSTCOMMUNION

Sentiámus, quæsumus, Dómine, tui perceptióne sacraménti, subsídium mentis et córporis: ut in utróque salváti, cæléstis remédii plentitúdine gloriémur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómpia sæcula sæculórum

have been helped; and my flesh hath flourished again; and with my will I will give praise to Him. Unto Thee have I cried, O Lord: O my God, be not Thou silent: depart not from me. Alleluia, alleluia. (Ps. 80: 2, 3) Rejoice in God our helper sing: aloud to the God of Jacob, take a pleasant psalm with the harp. Alleluia.

At that time, Jesus going out to the coasts of Tyre, came by Sidon to the Sea of Galilee, through the midst of the coasts of Decapolis. And they bring to Him one deaf and dumb, and they besought Him that He would lay His hand upon him. And taking him from the multitude apart, He put His fingers into his ears, and spitting, He touched his tongue and looking up to heaven, He groaned and said to him: Ephpheta, that is, Be thou opened: and immediately his ears were opened, and the string of his tongue was loosed, and he spoke right. And He charged them that they should tell no man: but the more He charged them so much the more a great deal did they publish it; and so much the more did they wonder, saying: He hath done all things well; He hath made both the deaf to hear, and the dumb to speak.

I will extol Thee, O Lord, for Thou hast upheld me, and hast not made my enemies to rejoice over me: Lord, I cried unto Thee, and Thou hast healed me.

Look graciously we beseech Thee, O Lord, upon our service; that what we offer may be a gift acceptable unto Thee, and a support to us in our weakness. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Honor the Lord with thy substance, and with the first of all thy fruits, and thy barns shall be filled with abundance, and thy presses shall run over with wine.

By the reception of Thy Sacrament, we beseech Thee, O Lord, may we find support for mind and body: so that, healed in both, we may glory in the fullness of the heavenly remedy. Through the same Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with

Deus, per ómnia sæcula sæculórum.	I hee in the unity of the Holy Spirit,	
	God, forever and ever.	